authenticis pro parte sua productis, potius et
pinguius Jus et pacificam possessionem tam
ratione aduitalitatis, quam hypothecae
in summa 30m. Talerorum Imperialium
in eisdem bonis supra specificatis, de quibus
res est legitime et evidenter deducta, et com-
probat, et ideo inhaerendo Juris praescriptis, praetensi
actione incompetenti adinventa; Citatus
ab actione, et impetitione Ill.mi Ducis liber
pronunciatur, atque circa Jus suum aduita-
litium, tam quoque circa eandem hypo-
thecam summae praed. 30m. Talerorum Imperialium
ipsum cum suis haeredibus et successoribus
concernen., nec pacificam eorundem bonorum
et illis annexorum quorumcunque possessione,
d.a aduitalitate durante, ea vero finita,
usque ad integram summae praefatae 30m. Tale-
rorum solutionem et restitutionem, iuxta privi-
legiorum et Jurium d.o Citato servientium
tenorem, et continentiam conservatur.
Jus vero salvum, et integrum Ill.mo Acto-
ri ratione evictionis, ex causa hypothecae
in supra specificatis bonis, et attinentiis
suis. Universis pro summa 30m. Talerorum
per olim Ill.mum D. Wilhelmum Ducem
Ill.mi Actoris Parentem Ill.mo olim Joanni
Sigismundo Electori Brandemburgico Duci
Prussiae, ac Ill.mi Actor dicti persoluta